

3.  
DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA PRACTICA;  
*DE*  
**FEBRIBUS INTER-  
MITTENTIBUS TUR-  
BATIS, ATQUE COR-  
RUPTIS,**

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO WILHELMO,**  
PRINCIPES BORUSSIAE, MARCHIONE BRAN-  
DENBURGICO, RELIQUA,  
IN ACADEMIA FRIDERICIANA,  
GRATIOSISSIMO FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU  
PRAE SIDE

**DN. GEORGIO ERNESTO STAHL,**  
CONSIL. AUL. ET ARCHIAT. REG. MED. ET RERUM NATU-  
RALium PROFESSORE PUBL. ORDIN. ACAD. NAT. CUR. COLLEGA LON-  
GE DIGNISSIMO, DECANO h. t. SPECTATISSIMO,  
PATRONO, PRÆCEPTORE, AC PROMOTORE SUO  
*omni Observantie atque Honoris cultu etatem prosequendo,*

**PRO GRADU DOCTORALI,**  
Summisque in Arte Medica Honoribus, Insignibus, ac Privilegiis

legitime obtinendis

Ad d. MAJ. A. R. S. d. 10 CXXIII.


*Loco d' Horis consuetis*

Publi: & Philatroru n: Ventilationi submittit,

**JOHANNES CHRISTIANUS STEMPEL,**  
COBURGENSIS.

**HALÆ MAGDEBURGICÆ,**  
Literis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.







*Q. D. B. V.*

## PROOEMIUM.



Uam longe absint, imprimis temeritate, spes mortalium, a sinceris atque veris bonis fructibus, nisi recti conscientiae prudentiae, tamquam firmo fundamento innuntantur, docent equidem innumerata in omni vita exempla atque documenta: Interim potest et iam harum rerum non solum insigne specimen, sed vel plane fundamentum, commonstrare, ingens illud Paradoxon, quod inter opiniones Theoreticas & earum usum atque effectum Practicum tanta disparitas saepissime observetur, ut, quae usitata speculandi promptitudine pro certis atque veris supponuntur, ipsa Praxis iterilia prouersus, immo vana, sentiantur. Quid enim familiarius, etiam ex ipsis vulgi ore, auditur, quam dicterium illud: Artes, earumque solidam cognitionem, attigisse ultimis his senescentis mundi temporibus, supremum suum fastigium; Die Künste seyen heut zu Tag

A 2

ge

ge aufs Höchste gestiegen; & tamen vix tot atque tan-  
ta exempla, in felicium, & pessimè cedentium, eventu-  
um, ulla propemodum ætas tulit, tam spissò agmine se  
mutuo stipantium, quam vix decem lustra protulerunt,  
per illam orbis partem, que se quam maxime cultio-  
rem atque oculatiorem jacitare non erubescit. Quan-  
do enim umquam major adhuc sicut numerus, à sagaci-  
siorum Confiliorum promptitudine sese efferentium;  
& tamen exitus & eventus maximi momenti, miseria-  
rum atque ruinarum pleni, vix umquam tanto numero  
atque impetu, publice privatimque res mortalium ob-  
ruerunt. Abilis autem, ut vario talium rerum catalo-  
go tempus consumainus; quum in sola Medicinâ tot at-  
que tanta sint hujus rei documenta, ut neque horum  
numerum inire, nisi affatim otii atque patientiae nactis,  
hujusmodi labor fuscipendus venire possit. Imperi-  
tum autem plane rerum, atque Seculi morum, esse o-  
portuerit, qui non intelligat, unde infelices hujusmodi,  
effectus magis, quam eventus, originem suam ducant.  
Nempe, non solum alienorum in alias disciplinas atque  
artes introductio heteroclitas tales consequentias & in-  
fidos successus & eventus passim utique parturit; Sed  
auget calamitatem, & in herba ipsa omnem meliorem  
spem sufficiat & evertit, etiam verior illa labes atque  
lapsus gravior, quod ne tales quidem res, in se ipsis re-  
cite intellectæ, & proinde ulli justo usui satis responsu-  
ræ, adhuc insuper ad alieniora negotia transferantur, &  
talibus rebus explicandis adhibeantur, quibus evidenti-  
orem lucem scenerari, magno conamine & labore qua-  
runt, immò improbo studio veluti certatim, præ se fe-  
runt

runt mortales. Ita enim è Physica scientia & Chymica Empiria, ad vivi corporis cognitionem non solum frustra transferuntur variae contemplationes ; sed possunt tanto minus in hoc ordine ullum bonum fructum polliceri, quum etiam adhuc in proprio suo genere atque loco, nequaquam satis stabilitate & exasciata, mox ad ultraeorem atque digniorem talem usum transferantur. Nedum ut è Mathematicis & Mechanicis, ullus solidus usus atque fructus in Medicinam redundet ; quum etiam illæ Disciplinæ nihil usquam de Motuum ratione, nisi è materiarum necessitate, specialiter demonstrare aut concipere valeant: dum interim in Vivo corpore, imprimis autem humano, patheticae motuum alterationes, ita promissimæ atque gravissimæ passim vigent, & in promptu sunt, ut absolute nulla, neque Mechanica, nec Mathematica ratio, ullum locum aut aditum, inveniat, pro minimo talium Φαινομένων ratione adumbrando. Unde nempe ortum traxit usitissima illa Practicorum querimonia, quod immensa plane differentia inter Theoriam atque Praxin intercedat ; & operosissima fere Theoría, quando ad Praxin ventum est, velut obliuioni tradenda veniat. E qua mala radice deinde pullat, nihilo melior soboles, ut Empiriæ nuda roto impetu animus incumbat : Seductus ibi etiam a temerariis promissis, specioso verborum adparatu, & fallacibus titulis, magnæ medicamentorum catervæ adsignatis: quæ interim, sicubi peculiari alicui constitutioni agrorum aut morborum, utilem aliquem effectum præstisile observatae fuerunt, tamen, quando ita in considerate ad universalem efficaciam, immeritis laudibus even-

hantur, non solum securam illam atque otiosam spem  
 destituunt & eludunt, sed saepenumero etiam sanioribus  
 consiliis & auxiliis opportunum tempus subtrahunt;  
 immo non raro plane contrarios effectus temerè intro-  
 ducunt. Ita nempe Dogmatica illa Medicina, quæ, mo-  
 do recte intellecta, maximo jure atque merito suo, ab o-  
 mnibus deprædicatur, nempe vera Methodus, in ordi-  
 ne ad Artis potestate, cognoscendi, & in ordine ad  
 vivi Corporis Synergiam, curandi, humani vivi corpo-  
 ris pathemata: Hæc, inquam, in omnium quidem ho-  
 minum ore est, & rhetorics coloribus exornatur; in  
 rei veritate autem, certissimo teste Practicorum usita-  
 tissimo dissidio atque animosis altercationibus, ita in di-  
 scrimen adducitur, ut, ubi invenienda atque compre-  
 hendenda veniat, nemo hominum hariolari valeat.  
 Quod autem & evidenter & majus atque dignius hu-  
 jus rei exemplum allegare in promtu esse poterit, quam  
 ipsam FEBRUM catervam: earumque indolis, extra  
 artis concursum, tamen salutariter cedentis, & artis con-  
 cursu feliciter sublevandæ, justam contemplationem.  
 De quibus, quum à quadraginta, & quod excurrit, an-  
 nis, tantus numerus opinionum æque atque tradicio-  
 num Empiricarum in publicum prodierint, ut otii cer-  
 te insignis opus esse debeat, illis saltim recensendis va-  
 care; Quid tamen inde in Artis Medicæ usum redundat,  
 nisi discordia multiplex, & incertitudo, cui se-  
 dulus Praceos tyro, Scientiæ atque Conscientiæ lita-  
 turus, sece accenserri optare nunquam possit, immo de-  
 beat; Sed dies nos prius, quam numerus exemplorum  
 talium, destitueret: Unde, quum Thematici INAUGU-  
 RA-

RALIS SPECIMINIS animum adjicere incumberet, potius unum tale exemplum nobis elegimus, quod ad plura tamen, colligenda æque ac intelligenda, infervire possit: nempe FEBRIUM INTERMITTENTIUM TURBATARUM, atque CORRUPTARUM, evolutionem. Quam dum pro viribus enucleare adgredimur, DEum T.O.M. supplices veneramur, ut mentem nostram Sapientiae suæ atque veritatis cynosura ita benignissime regere ac dirigere dignetur, ut veritatem & utilitatem, quam toto animo anhelamus, feliciter adsequamur.

## THES. I.

**D**E FEBRIBUS TERTIANIS TURBATIS, atque CORRUPTIS, dicere dum adgredimur, circa verborum equidem planum sensum, difficultatem aliquam effatu dignam subesse posse, non suspicamur: dum quilibet, nuda vocabuli TERTIANAE allegatione, vix dubitare poterit, quin *simplicem* talem Febrem intelligere conveniat; quamvis enim etiam ad compositas æque, ac reliquas, pejorem morem foventes, (uti aliquando *Epidemicas* obserbare contingit, compositæ tamen indoli manifestius accedentes,) non minus se extendat *corruptionis*, atque *turbationis*, effectus: tamen placuit nobis in *simplici* quoque *Tertianâ*, tantò magis adquiescere: ut nempè vel hoc ipso exemplo, tantò melius dilucescat, quomodo etiam *benignior* omnium reliquarum Februm, nihilominus *inconveniente traduzione*, adeo *depravari* possit, ut valde *malo* mores induendo, aut in alios longe graviores affectus degenerando, tanto certius argumentum præbeat, quomodo etiam jam propria sua indole *deteriores* aliæ Febres, quando

sur-

*turbis, & corruptioni* propriorum suorum morum, subjici-  
uatur, tanto graviores eventus subire possint.

## II.

Neque vero etiam vocabulum *turbatae*, atque *corruptae* febris, peculiari explicatione indigere videtur: siquidem ipsa *turbationis* vox, satis, non innuit solum, sed & exprimit, quod usitati Febrium harum moris & quasi moduli, insignis alteratio indicetur. Ut nimirum *aftato* suo atque *ordi-*  
*nato* successu & progressu, sive ad insolitas & irregularis *com-*  
*motiones* impellantur, sive penitus *suppresse*, non solum in  
*schemata* alia morbida transformentur; sed revera tam *ma-*  
*terialiter*, quam *formaliter*, ut in Scholis loquuntur, non so-  
lum in *alios*, sed & *deteriores* morbos, convertantur.

## III.

Ubi nempe, ut velut in genero de rei veritate, ut lo-  
quuntur, dubitationem animis eximamus: an nempe non  
magis *possit*, quam utique *soleat*, fieri, ut non solum Terti-  
ane, sed etiam omnis generis Febres, (*solis contagiosis* atque  
*peracuis* e nomine tantisper exceptis, quod harum *turbationis*,  
non tam frequenter in *tardiorum* aliquam *corruptionem*, &  
aliud schema, quam *presentiorem* *farenatum* exitum *vergat*.)  
eventui huic *turbationis*, atque *corruptionis*, pateant: jube-  
mus harum rerum decenter curiosos, animum advertere, ad  
experimentum, sine multa difficultate sepius quam quidem  
expeditat, hodiè inveniendum, quod ita commemoramus.  
“Si æ gri aliqui audiantur, *anomalis*, & imprimis *diuturnis*,  
“*turbidis*, *febribus* obseSSI, aut in *hædicas*, aut ad minimum  
“*lenitas* febres prolapsi, aut in *cacheticum*, aut *hydropicum*  
“statum deducunt; qui ante plures menses aut septimanas, fa-  
“ni, floridi, atque vividi, & imprimis à longo jam tempore  
“constanter incolumis habitus corporis, fuerint; nec enor-  
“mibus malæ diæte abusibus in hos, imprimis posteriores, af-  
“fectus prolapsi, nedum *violenta* quadam ratione in hos con-  
“jecti: interrogentur tales solertia, qualibus evidentiori-  
“bus

"bus *initiis* præsentes hi ipsorum morbi cœperint? quos si  
"à *Febre* aliqua initium cepisse memoreat, exquiratur cura-  
"tius, cuiusnam indolis *typum* atque mores *febris* illa pri-  
"mò offendit? quomodo vel patientes circa illam sepe ges-  
"serint; sive an consiliis & auxiliis, sive Practicorum Medi-  
"corum, sive Empiricorum suasorum, usi sint, atque tali-  
"bus indullerint. Deinde consideretur, quanto hominum  
"numero *similis species* febris passim evenire soleat; & an  
"frequenter & familiariter, an vero rarius & velut inusitatè,  
"in aliis hominibus gemina talis febris *transformatio* in pares  
"deteriores morbos, inveniatur. Quod, si non testetur ex-  
"periencia, nulla certe justior formabitur subsumtio, quam  
"quod affectus tales, post febrem talem coorti, febris malo-  
"successui originem suam debeat. Dico, *malo successui fe-*  
*bris*; siquidem, si febris talis in nimio pluribus subjectis,  
"alio successu atque exitu, undique salutariter, cessare posse  
"et solere, ita numerosis exemplis deprehenditur, ut ex il-  
lis jus fasque sit concludere, quod *melior* ille successus atque  
exitus, febri tali *in se*, atque *sibi recte constanti et reliæ*,  
competat; eadē utique æquitate nitetur illa etiam subsum-  
tio, quod ubi talis febris aliter, quam secundum hunc *ince-*  
*riorem* sui genium, succedit atque cedit, quod in tali casu,  
inusitati & anomali eventus, febris talis, undecimque tan-  
dem, in *anomaliam* conjecta, *turbata*, & *corrupta*, in sequi-  
ores tales eventus degeneraverit.

## IV.

Quæ res, ut etiam in hac specie Febris, nempe *Tertia-*  
*na*, quantum ad *ratio* attinet, ante omnia *historiæ*, diluce-  
scat; est etiam de illa facile, ex innumera obvia experientia,  
observeare, quod vastus numerus hominum, & incidere in  
hanc febrem, & ab illa iterum liberari soleat, & integrum sa-  
nitatem recuperare. Si vero, respectu illius numeri oppido  
pauciores, *inustatos* successus & eventus hujus Febris ex-  
periantur, *in genere* quidem etiam illud non adeo difficile e-  
rit

B

rit pervestigare, quod tales, vel conspicua quadam deterioriore dispositione valerudinis sive reliqua, jam ante laboraverint, quam in hanc febrem inciderent: vel proprio intemperante regimine, sub illa febre, usi sint: vel imprudente consilio, & remediorum inconveniente usu, sive proprio ausu, si ve alieno suasu, hoc reportaverint, ut febris illa inusitatos alias successus atque exitus incurrit.

## V.

Invenientur autem haec anomaliae imprimis sequentia Schemata exhibere: 1) Ut est febre *intermittente, simpliciore Tertiana*, sive *continua*: sive *acuta*, sive *composita*. 2) Aut est manifestius & ordinarius *intermittente, erratica*: 3) Aut *tenta* atque *languida*, aut *plane manifestius hedica*. 4) Aut aliquam diu *delitefens* talis febris, denuo iterum emicet, & de integro patientem invadat: 5) Aut, praeter alias confuetum morem, in valde *longum tempus*, plurium septimanarum, immo vel plane mensium, extendatur: 6) Aut, imprimis circa *Autumnale tempus*, in *Quartanam* transformetur; 7) Aut diurna extantiora pathemata *hypochondriaca* post se trahat; circa *adpetitum, intolerantium pastus, successum alvi, flatulentiam, tormina &c.* 8) Aut *cachecticam* constitutionem universaliorem: 9) Aut *pedum aedemata*; 10) immo ipsum *hydropem Asciem*, post fese trahat. 11) Aut *anniversario tempore*, certius atque importunius, sive magis proprio schemate, sive alienioribus talibus, recrudescat.

## VI.

Quod jam ad τὸ διότι atinet, expressimus Titulo thematis nostri, *Turbationem*, atque *corruptionem*. Ubi h. l. exprimendum venit, quod *turbatio* talis, (quod etiam proxima Thesi innuimus,) causam agnoscere possit etiam *prægressam* jam deteriorem *prædispositionem* reliqua *valerudinis*, cui Tertia Febris superveniat. Ubi nempe ipsi sanationi non potest non liquere, quod vix possit fieri, ut morbus aliquis in corpus jam aliunde *male prædispositum* incidens,

dens, eamdem planam atque simplicem succedendi rationem & mensuram observare possit, quam si in corpus inciderit, nullis adhuc heteroclitis dispositionibus affectum. Quia vero prior horum casuum, etiam vix ita simplicem & legitimam nudam *Tertianariam* indolem observare potest aut solet; propterea, quum nos etiam de *simplicis & legitima Tertianæ* pejoribus eventibus, assatim habeamus, quod dicamus, sufficere poterit notavisse, quod tamen etiam talis utiq; ratio dari possit, ut *Tertiana* ne quidem ita *simplex* mox ab ipso initio cooriri possit, quin jam aliquid minus ordinati atque *turbulentia* mox involvat & præ se ferat: Tanto magis autem deinde etiam ad *ulteriores turbationes*, atque corruptiones propendens, eò majorem circumspectionem requirat, ne in eamdem, uti tanto facilius, ita etiam tanto certius, conjiciatur.

## VII.

*Legitima* vero etiam *Tertiana*, *turbationis*, atque *corruptionis* occasionem satis luculentam adipisci potest, è quantalibet ægri *plethora*. Quamvis enim etiam hæc ipsa quoque ad *prædispositionem* jam tum incommodiorem referri possit; tamen, quum neque reliquam *sanitatem*, nec ipsam plane *Tertianam Febrem*, adeo insigniter *turbare*, aut *corrumpere*, tam directè atque facile, sive soleat, sive possit; propterea illam, nisi plane *exorbitantem*, ad hoc ad nostræ considerationis censum recipere, plenum jus fasque vix erit. Excepto eo, quod hæc ipsa circumstantia nequaquam difficultem aditum patefaciat, ad *turbandum* siccioriem *Tertianæ Febris* successum & progressum: Ut vel ad minimum *acerbiora* evadant, usitata ejus *symptomata*; vel tantò facilior transitus in *compositam*, aut plane *acutam* indolem obtingat: immò etiam, importunioribus *turbationibus*, ipse *Afīctis hydrops*, aut in aliis *hecticā febris*, introducatur. Tanto proprius autem *turbationi*, febrem talem admovet, malum patientis *regimen*. Quando ille, sub *paroxysmorum* æstu, impatienter, atque ita intemperanter fese gerit; ut vel *refrigeraria-*

*rationibus immodicis externis, vel frigidis potus ingurgitatione, indomitum se gerat: Vel sub declinatione aestus, præmaturè, à quiete usque ad plenum paroxysmi exitum longe utilius fervanda, sese proripiatur, vel ad minimum illo quoque tempore, refrigerationi potius indulget, quam ut moderata has etiam reliquias, & intepescemis caloris ad naturalem gradum redditum, patienter ferat & expectet.*

## VIII.

*Aut quando etiam, contrario modo, effusum febrilem sponte exardescens intertempesiva solertia, non tam tolerare, quam augere, suscipit, coacto, positivè concalefaciente, regimine. Nempe intertempesiva ad illud tempus, intentione, sudorem non solum promovendi, quam plane producendi. Unde jam sponte ipsius Febris, cooriens effusus, (qui anteā in hac vividiōr esse solet, quam, legitimè, in quacumque alia,) præter omnem rationem æque, ac virilitatem, immò ipsam usque tolerantiam, immodicè exaggeratur: Capitis dolores vehementer exasperantur, immò vel ipsa mens aliquando obturbatur: quin restagnationibus immodicis, per talem turgefactionem sanguini inductis, inflammatorias stases circa interiora fieri, si non æque solitum aut familiare, tamen nec etiam rationi contrarium aut impossibile est factū. Certe, simpliciorem Tertianam, immoderatis talibus (tanto magis autem per calidiora medicamenta) exagationibus, in plethoricis corporibus, ad minimum nothum, aut compostum typum subire, nequaquam pariter rarum aut dubium exemplum est. Quin immò, ne illud quidem rarissimum, ut plane acuta febris, (quamquam vix sincera) imprimis mox ab initio ita perturbatæ, Tertianæ, superveniat.*

## IX.

*Denuoationem impatiencem folorum crurum, (clandestinam inter adstantium curas) in medio aut increbescente efflu, diurnam, ad notabilem perfrigerationem talis membra, notabiliter turbavisse, & deteriorem reddidisse, febrem*

"ta-

"talem, anxias angustias præcordiorum, flatulentias tormí-  
"nosas, spasticas importunas molestias, capitis graviora pa-  
"themata, induxisse: Immò in delicatioribus & mollioris  
"habitus subiectis, inflationes pedum: ad minimum autem  
"diuturnos & pertinaces languores, & ὀστεονοντος lafitudi-  
"nem, produxisse, non semel obſervatum eft. Quod qui-  
dem tanto certius metuere oportet, in quibus jam alia mala  
prædisposiſio morbiſa præcessit: & refrigeratio illa, per ne-  
cessitates accidentales, cum humectatione conjuncta fuit.

## X.

Quid, quod etiam Tertiana Febre correptis, de reli-  
quo à vomendi promititudine valde alienis, Tertiana Febris  
veluti ordinarie multò incommodius cedit, & tanto facilius  
turbidiorem genium capeſſit, si medicatio, minus pruden-  
ter, ad hanc peculiarem circumstantiam reflexa, fuſcipiatur.

## XI.

Ita etiam malè propriis ægrorum talium ausib⁹, ſine pru-  
dente diſcrimine majoris aut minoris ſenſibilitatis corporis,  
aut proportionis talium mediorum, Empirica acriora & cali-  
diora remedia, intempeſtive & intemperanter in abuſum tra-  
huntur. Qualia ſunt piper cum ſpiritu ardente ingurgita-  
tum; & Circumforaneorum ille pulvis ē calidis radicibus,  
herbis, & feſinibus, Sieben und ſiebenzigterley Pulver, affatim  
in geſtus: imprimis ineunte paroxysmo, & Regimine dia-  
phoretico insuper affectato. A quo errore & alijs anxiā turbulentiam,  
& νοθεῖαν, & plane hedicum quid eveniſſe, ali-  
quoties obſervare obtigit.

## XII.

Immò etiam nimis ſuperſtitioſa, ſive ſponte ægri, ſive ex  
mandato minus diſcreto, abſtentia ab omni potu, ſub æſtu  
paroxysmi, in Plethora ſanguinis jam ante minus ſufficienter  
diluti, turbare ſimpliciorem atque mitiorem febris hujus in-  
dolem, valet. Tanto magis autem, quando insuper ante  
dictæ turbulentiores ejusmodi exagitaciones æſtus febrilis,

conjuguntur: sive *remediis calidioribus*, sive *regimine nimis calido*, sive utroque.

## XIII.

Certius autem atque gravius, obtingunt non *turbationes* solum, sed plane *corruptiones*, huic febri, per medicationes sine *methodo* atque *ratione* adhibitas; quantumcumque de reliquo, nempe sub *prudente administratione*, utiles atque efficaces: nemum *majore jure suspectas*, atque *justius reprobandas*. Ita enim, primo loco, *Vomitoria*, tamquam simpliciter *Empirice*, sine *discrimine opportuni & maturi temporis*, *roboris ægri*, *facilitatis ad vomendum*, *prægressarum* *ingurgitationum & intemperantioris dietæ*, temere cuilibet *Tertianario* ægro ingesta, potentiam illam suam *turbandi* hanc febrem, nequaquam ita raro ipso actu & effectu demonstrant. Ubi etiam ipsa *ævæ usus*, & cum hac concurrens in ipso patiente *propensio* ad vomendum, sanæ rationi prudenter discretionem suadere debent. Quamvis enim rectissime ab omni ævo consentiant Medici Practici, quod *natura utilissime ducatur*, *quorum vergit*, atque sponte sua inclinat: tamen nullus talium probaverit, nemum juss'erit, ut inclinationem *talem seu propensionem* jamjam emicantem, importuniore exagitatione ad *excessum* incitare, æquum ducatur. Imprimis, quam in hoc etiam negotio, magnopere distingui debeat *facilitas* ad vomendum, cum *habilitate materiae*: & *conatus* quidem vomendi, das Würgen, & *effectus* vomendi, das würcliche Erbrechen. Dum illud fatis sepe se exserit, sine justo successu; nempe *materia motui* tali nondum satis obsequente, adeoque frustra suscipiendo nudi *motus* talis incitamento, jam sponte, per *materiæ proportionatum obsequium deficiens, intempestivo*.

## XIV.

Ex adverso vero, quando etiam adhuc minus tempestivus ejusmodi vomendi *conatus* probabilis videtur: propter concurrentem velut ordinariè graviorem atque anxiam mole-

lestiam *cardialgicam*, cum *præmaturis* talibus inanibus co-naminibus; *coabitio directa* talium conaminum, imprimis per *adstringentia*, aut intemperantius *opiata*, turbat itidem febrem: quum potius, *materie* quidem, per *incidentia*, *diges-tua*, atque *abstergentia*: tono verò ventriculi, per moderato-ras *stomachica*, longe consultius atque efficacius succur-ratur.

## XV.

Neque vero dispar ratio est consilii, *evacuationes Catharticas* Tertianæ Febri adhibendi; quandoquidem hoc ipsum etiam coeptum, si non *turbidè* procedere atque suc-cedere debeat, discretionem hanc, habilitatis *materie* ad *motum* dijudicandæ, & *motus* ipsius concitandi, semper utique pro fundamento agnoscere debet. Siquidem alias hic quo-que, præfertim *importunioribus* Catharticis, *turbas*, neque contemnendas illas, injicere contingit, imprimis *Autumna- li* tempore, ut è Tertiana in *Quartanam*, aut in *pedum infla-tiones*, fiat transitus; & tanto facilius quidem hoc posterius, si magis *Empirica*, imaginaria *methodo*, post provocatas tales evacuationes, (sed verum morbi somitem non adse-quutas) mox ad *suppressionem* totius febris transeat.

## XVI.

De qua quidem *præmatura suppressione* nequaquam contemni meretur ipsum vulgi, (nempe per simpliciorem observationem eruditæ, & experimento in oculos incurren-te cautoris,) judicium: Man solle das Fieber nicht zu geschnide verteiben. Nempe illud utique satis compertum habentis, quod ipsa Tertiana Febris, dummodo non *turbata*, nihil æ-que *sonticum* portendat, aut parturiat: quin illam modera-tius perpesi, ad pristinam *integrā* & *ſincerā* sanitatem passim revertantur; Unde alterum vulgi veluti proverbium natum: Wenn man das Kalte nur recht überstanden, und aufge-wartet habe, werde man recht gesund darnach. Dum ex adverbo, à *præmature suppressa* tali Febre, sinihil aliud, pro suo ca-

ptu,

ptu, tamen diuturnos languores satis animadvertant, unde ulterius effatum: Man müsse es hernachmähs nur desto länger aussiechen, oder aufzfranken. Quæ certe populares observationes sepe numero longe plus practici usus in recessu habent, quam pluſculerarior, obſervationes, si ab imperitis & ἀτακτοις, non ut rariiores considerantur; sed mox ad intempestivam universaliorem explicationem, atque ad applicationem nude Empiricam, imprudenter transferuntur. Quæ res, quantum à dimidio propemodum Seculo, Theoriam Pathologicam atque Therapeuticam affixerit, ingens certe operæ pretium reddit prudentius perspexisse.

## XVII.

Quemadmodum autem intempestivis evacuationibus Emérico Catharticus, legitimus, tranquillior, atque ordinatior progressus & decursus febris, tamquam crassò quodam modo, turbatur: ita nihilo tamen minorem efficaciam etiam habet, Evacuationis Diaphoretice, s. concitatio atque provocatio imprudentior & intempestivis, s. decentis atque tempestivæ, negligens, aut plane cohibitio. Ex priore enim, pululat non solum ipsorum Paroxysmorum acerbior effusio, cum Cephalalgia, anxie angustiæ, impatientiæ caloris excedentis, sitis, inquietudinis in artibus, exasperatione: Sed fit etiam, ut vel plane nullus fudor, ne quidem justiore deinde tempore, obsequatur, vel, sicubi ita præmatur fudor expellatur, neque juvet aut sublevet patientem, sed fatiget potius & delasset, neque servet communiter modum, sed suident patientes immodicè. Immò sternit hæc inconsiderantia viam, in spongiosoribus, ad inflationes oedema tædes, apoflages aliquaratione: quin apud cuiuslibet texture ægros, diuturnis artuum languoribus, & ἀτακτοις lassitudinibus, ansam præbet, quod vulgus notat formula: Das Fieber key in die Glieder geschlagen. Quorsum referendæ sunt Ataxia, jam suprà, de effusæ exacerbatione, notatæ. Quid, quod hac

hac ipsa *turbatione*, febris hæc ad solitò longiorem duratio-  
nem atque pervicaciam deducitur.

## XVIII.

Acrius autem fere, quam errores tales circa evacuati-  
ones augendas, *turbat*, & pervertit febrem, proportionatarum  
evacuationum, *quantitate, loco, atque tempore*, conveni-  
entiorum, *cobitio & represso*. Ubi, quum de *Vomitu &*  
*Catharsi* jam aliquid dixerimus, venit adhuc notandum de  
*sudatione* tempestiu*a*, perperam *impedita*; quod patientes,  
fenescente jam febris reliquo vigore, itidem unum è duobus  
incommodis, immò potius è *tribus*, inde reportent. Dum  
nempe (α) ab hoc errore, tota febris *diuturnior* atque *perti-  
naciō* evadit: (β) *langor, gravitas, tensiva laſſitudo* in ar-  
tubus, etiam cefante jam febris *typo*, diu patientem ad huc  
obsident: aut (γ) sic affectis, postea per plusculum temporis,  
*sponianeis largis sudores* eveniunt; qui, vel quoties *liquida*,  
imprimis *calida*, adsumunt, ipsis citò erumpunt: vel simulat-  
que *obdormiſcant*, & quamdiu dormiunt, diu æque atque  
noctu, extra aut intrà lectum, copiose emanant: & non fo-  
lum re vera laſſant ægrum, sed familiariter etiam, metu gra-  
vioris & altioris periculi macerant. Tantò magis, cum hæc  
talis nimia *propensio* ad sudandum, vix umquam reliquam *to-  
tam* constitutionem integrè sanitati conformem, comitetur:  
sed semper adhuc aliquid *leni* febrilis genii recondere vi-  
deatur, tam *virium corporis*, quam *alacritatis animi* intuitu,  
& *adpetitus*, quieti *somni*, *fusculoſitatis*, aut ad minimum  
*bumiditatis oris*, quin & *alvi*, à sincera sanitate ad huc diffi-  
dentibus defectibus.

## XIX.

Quamvis enim minus forte, quam bene multi alii, igno-  
remus, quod hic *ultimus* affectus, post typum febris *conqui-  
niscētem* ita adhuc luxuriantis *sudationis*, non tam familia-  
riter *legitimis* Tertianis, vestigia legere soleat: & quidem  
ex allegato præst̄im errore, legitimos *tempestivos* sudores

C

ne-

negligendi & sufflaminandi: non tamen ita alienus est etiam à legitima Tertiana, imprimis in constitutione plethorica, & reliquo febris *ypo*, satis ordinatè atque tolerabiliter progresso. Quid vero, quod etiam hic error, in *feruidiore simplici Tertiana*, per totum decursum, immò per importuniores *priores* paroxysmos admissus & continuatus, simplicem non ita raro in *compositam*, aut certe *degenerem*, transformare, observari possit.

## XX.

Tanto certius autem occurrit solertia observationi, illa exempla, quod ab hoc defectu, de cetero fatis recte decurrere & requiescere visa Tertiana Febris, levioribus occasiōibus, imprimis à *sensu* frigoris ambientis, denuo cooriri soleat: & quidem magis magisque à sincera *simplicitate* deflectente modulo; immo, si nihil aliud, certe majorem *pericaciam* servante, nec etiam reliqua *Therapie* Tertianae legitime, amplius l. exacte quadret, l. obsequatur. Et tanto magis hoc quidem, quo magis pertinacia talis in *confuetudinem* velut adducitur.

## XXI.

Egimus hue usque de *diversis*, tamquam per particulas, viis atque modis, febrem Tertianam *turbandi*; & hujus turbationis ulterioribus *deterioribus* *confectariis*. Superest durior nodus, nempe *totus* febris in discreta occupatio & *suppresso*, intempestiva atque *prematura*; Ubi inter alia scandala, quæ pessima Polypragmosyne, & libido alienis negotiis atque officiis se se immiscendi, ad improbissimum talium ausum effectus, jam pridem publica detestatione notatos, supererat, ut ex illa officina etiam procuderetur medium tale, funitatem horum in varia, & paucim gravissimè fontica pericula atque damna conjiciendi. Et quidem adhuc sub persona, sciemam odiosiorem reddente, turpis *lucri* captandi, sub *privilegio* hujus nundinationis. Durus sonare videtur Apostoli effatum, quando *furem, homicidam, & alieno officio*

se-

sese ingerentem, in' eamdem tribum conjicit; sed nimio certe durius, cuique bono, videbitur, harum rerum culpam velut uno eodemque actu in se admisisse. Quid enim, si in honestum illud *preium spectetur*, quo sub primo arctiore ad hoc privilegio, palmare hujus furfuris remedium venditum est, de bona fide hujus *lucri*, in animum venire porerit? Quid, si de dannis, in *sanitatem atque vitam* hominum inde redundantibus, bone fidei *estimatio* instituatur? Dicent: At bonae fidei fuit bona *intentio*; dum malorum eveniuum talium ignari fuerunt, & meliorum securi, propolæ, immò monopolæ. Quid autem aliud hoc erat, quam temeraria in *alienum officium* ingestio, & rei, longe circumspectius examen promerentis, ignorantia nimis quam vincibili, in scopum à suo officio alienum, intrusio: & quidem sub odio illo intemperantissimi *lucri*.

## XXII.

Habent tamen illi, seposito omni dubio, quod regerant. Invenit artificium hoc universalem ad sensum: adeoque approbat, vix non totus, directe *officium* profitentium chorus, faluberrinam hujus remedii efficaciam: & si quid utique h̄c peccatum est, nimio plus, decursu temporis ab aliis, quam peccatum hoc est, & patratum. Sed quid dicit Apostolus: Per unum hominem peccatum introductum est, & per peccatum mors; & quamvis utrumque ad omnes homines perpetraverit: certe tamen gravius atque pejus egit, qui primus introduxit; absque quo si fuisset, nec ultra dimanare contigisset. At quis eo ipso etiam suscepereit omnes alios excusare; quis autem etiam suscepereit, sine fructu accusare? Satis est rem ipsam loqui: id unum satis est meminisse, iudicia Dei Abyssum esse.

## XXIII.

Enim vero satis erit, improvidorum atque temerariorum ausum, sucos atque larvas, breviter & nervosè excusasse. Excusatio, qua malam suam causam pervicacissime tu-

"tuentur, *Corticis Peruviani Patroni*, nititur illa adsertione,  
 "quod utique remedium hoc, in numero, & insuper constante,  
 "experiens suffragio, Febrem Tertianam ita profliget, ut  
 "immanis ægrorum numerus produci possit, qui hujus usu,  
 "ad plenam sanitatem restituti fuerint. Audeant autem ne-  
 "gare, pro reliqua sua confidentia, quod etiam numerus satis  
 immanis, si eventuum dignitas imprimis æstimetur, in gra-  
 vissimo inde mala, & *ineluctabilis*, prolapsi sint. Statim da-  
 bimus vades, quos non ausint, ne ejurato quidem pudore, re-  
 jicere. Unde est, sodes, quod ipse populus, remedio huic  
 passim gravissime diffidit? A *persuasione*? Quotusquisque  
 autem est, qui *dissuadet*? & quem audire solet populus, *u-*  
*num*, contra tantum numerum, in unam ad affirmationem con-  
 sentientium? Deprehendes, non à *persuasione*, sed à *tristi*  
*experiens*, *damno suo*, sapere didicisse.

## XXIV.

Mollius itaque loquuntur alii, & ipsi infusa experien-  
 tia moniti; discretionem adhibendam esse, posse certe pec-  
 cari, immò solere: neque injustam esse indignationem; Sed  
 iniquius futurum, propter *abusum*, *usum* tollere, & quod *se-*  
*cundum* quid illud meretur, *absolute* improbare. Modestia,  
 ubi locum invenit, in promptu est viro bono. Proponimus  
 itaque, ita moderatioribus, saltim hoc problema: "Reme-  
 "diū, quod magna discretione atque circumspectione indi-  
 "get, adeoque tam propinquum est *abusui* gravi, quam legi-  
 "timō *usui*, justumne sit & æquum, illis laudibus condecor-  
 "ari, quæ longe certiorem irritent *abusum*, quam legitimū  
*usum*? Liceat geminum adjungere: Unde factum videri  
 "possit prudenti arbitro, ut *abusus* ille, tam saepe noxius, eo  
 "usque increbuerit, ut hodie ne quidem ingens jam *adser-*  
*"sus*, de necessaria prudentia & discreta moderatione circa  
*"usum* hujus remedii, non valeat illud amplius extorquere  
 "ē manibus innumerorum temerariorum grassatorum, Em-  
 "piricorum, mulierum, veterinariorum, circumforaneo-  
 "rum,

rum, balneariorum, tonsorum, atque Seplasianiorum, immò, pudor! Medicorum: per inscritiam & ignorantiam, & gentilem his tribulibus terneratatem, manifestò abusus potius, quam usus, compotum. Proferant his *problematisbus* respondentem solutionem: Suppeditent cordatum consilium, quomodo rei ita in angustum deducete, subveniri possit, ut certior spes sit, (quæ est anima boni consilii,) effectus. Considerent, sit ne fiducia justa, illos *dissuadendo* profecturos, quorum totus ferè ordo, suaſor atque auctor fuit. Quam aliam vere salutarem spem concipere possint, præter unam illum, quam nimio certiorem jam notavimus, ipsius potius *populi*, quam in quidvis audacissimorum, Empiricorum, experientiam, numquam in id confensurorum, quod *Diogenes* petebat, ut cum votivis tabulis, à naufragio ejectorum, conferatur numerus *iisdem navibus submersorum.*

## XXV.

Quid autem, pro candore, quem de ipsis nobis pollicemur, ad illud dicent: "Si Febris Tertiana, undique secura methodo, & remediis innoxii, sanari potest; quo jure recurrere fas esse possit, ad remedium, cordata ipforum confessione, ita ambiguum, ut in eoutique haud difficulter errari & offendī possit? Dixerint, breviore simul atque certiore efficacia, *corticem* hunc coērcere febrem, quam ullum aliud remedium. Sed facile animadventent, quod hæc ipsa sit præjudicialis illa quæſtio; an febris talis, iterum dico, *justæ* atque *efficaci* alii methodo adhuc refractaria: adeoque nondum fatis subactis, veris ejus materialibus cauſis, *supprimi* atque *cobiberi* debeat, aut æquo jure possit; sine gravi periculo, à retentia tali *materia*, cohibito saltim *motu* & *progressu* ejus *expulsorio*, non frustra metuendo. Si vero folium ita velut in ſubſidium reservare hunc *corticem* contendant, ut tandem, tamquam certiore remedio illo, egregie proficere sperent; Quamvis hic etiam summa certè discretione opus sit, ad modo commendatam difficultatem recte & fin-

sincerè tollendam; & dijudicandum, ubi revera febris talis, solo motu adhuc insultet, *materia* vel nulla, vel satis *portionata*, non amplius peccante: Tamen neque tanti est *necessitas* hujus *corticis*, etiam in tali casu, quin ejus efficacia, tantopere animos fascinans, compensari possit aliis remediis, ne latum unguem concedentibus, hoc ipso effectu, huic *corticis*: Interim in eo differentibus, quod non tam facile omnibus Empiricis in manus cadere possint, si modo prudentes Medici eā cautione utantur, ut ne quidem scio la illa turba pharmacopeorum famulitii, comprehendat, quo proprio *scopo* atque *fine*, in talibus casibus, hoc remedii genus, præscribatur.

### XXV.

Nam, ut ad nostrum utique negotium revertamur, illud satis certum & nemini amplius circumspetto & perito Pratico ignorandum, est, quod hujus *Corticis abusus*, ita plane in vulgus effusus atque diffusus, & certissimus, & promissimus & frequentissimus, gravissimorum quorumlibet nostrae considerationis affectuum atque effectuum, sit architectus. Ita enim, quam mala fide cortex hic febrem supprimat, simplicissime ex eo colligi potest, quod non solum valde familiariter, febris per eundem curata credita, denud cooriatur atque redcat; sed hoc tanto magis atque certius, quando simpliciter *cobitorius* & *adstrictorius* ejus effectus, (quem praesentissime & manifestissime alui *slipatione* exserit,) remedio quocumque huic effectui contrario, v.g. *purgante*, minuat aut dissolvatur; adeoque *materia* temere retenta, qualitercumque iterum commoveatur. Adeo, ut in rei veritate, à nulla alia, modo non simpliciter hujus æmula, methodo, tam facilis *relapsus* hujus febris, contingere usquam observetur.

### XXVII.

Qua de re dicendum adhuc aliquid omnino erit: de *methodo*, inquam, efficacie hujus *corticis* æmula. Quis enim

enim tam blennus est, ut illud pervidere non poscit, quomodo pessimè collocata illa sagacitas, de *efficacia* remediorum, simpliciter *effectui* illorum quadrante, *Therapiæ Medicæ* calamitosam illam perversionem conciliaverit, ut neglecta prorsus morbidarum *causarum*, ad suos effectus edendos, verâ energiâ, & nihil estimata *sincerâ* veritate *effectuum*, ad fidam, plenam, & constantem curam morborum sufficientium: Si modo quidquam quemquam, quantumcumque malè *fidum*, *temporarium*, *palliativum*, effectum praestare adparet, statim inutili verborum pompa, & inani solertia ostentatione, properetur, ad declarandas non solum *causas* effectuum horum, sed, qui est mali fundus, *generalissimorum*, temere & mala fide pro *uulnissimis* ebucinitorum: non vero *specialium*, modò nominatorum, ut *superficialiorum*, *transitoriorum*, *palliativorum*, & ad sumam negotii, male fidorum. Quem vero cordatum harum rerum estimatorem fallere potest vera *causa*, unde hi errores in Medicam *Therapiam* irruperint? nempe è male collocatis, imò subinde male intellectis, *generalibus* & *confusis*, *physicis*, & trivialibus *chymicis*, fragmentis, evanido studio conquisitis: *imperitia* verò *practica*, tam *histo-*  
*rica*, verè *indolis* atque *etiologye*, quam *Therapeutica*, si-  
de curationis atque sanationis, morborum.

## XXVIII.

Quod ne temere afflere videamus, quis, quæso, cor-  
datus Vir, si I. è solidâ *Pathologica etiologia*, (è vera, nihil  
manca, & nulla circumstantia concludentia fallente, mor-  
borum *indole*, haurienda,) perspicerit, quod in febribus,  
non solum *motus* extraordinarii, (nempe respectu econo-  
miae corporis, nullis impuritatibus gravati,) sed ante omnia,  
materia, per aut *proper* quam *motus* tales cooruntur, præ-  
cipuum considerationem ad se vocet: II. E vere *scientificâ*  
*Therapia*, *methodum* agnoverit, quod ante omnia *materia-*  
*rum* talium, sive *correctioni*, quoad ejus fieri potest, sive

*ordinate, atque recte maturæ, emotioni earumdem è corpore, adeoque hujus ab ipsis depurationi, & repurgationi, omnis intentio adhibenda veniat.* III. Ex ipsa debite circumspœcta *Praetica observatione*, viderit, quod istius furfuris artifacia, non solum perversa ratione hic incedant, *materiam* non attingendo, *motus* autem ad hujus eliminationem collineantes turbando; sed etiam, *tot exemplis*, didicerit, quod effectus horum remediorum, non solum *inconscientia maleficus*, sed etiam *deteriorum* anteriorum malorum eventuum ferax, inveniatur: *Quis, inquam, cordatus vir, curiositatem suam non impendet, non tam ad detegendam causam, quamobrem hos adversos effectus medicamenta talia præsent: sed, tamquam in re bene gesta & gerenda, talibus etiam alia parallela, pari infido effectu pollutia, adhuc subrogare, & ad latus ponere, in animum inducet?* Unde apodiætica certitudine pollere, securi sumus, nostram adfertionem, quod, quicunque hoc faciunt, *impunitia dictarum rerum, nempe verè medicarum, peccent: quum profecto, si hoc non esset, longe adhuc odiosiori culpe sese alligarent.*

## XXIX.

Quem verò peritum fugit, quod jam à longo retrò tempore, vel inter ipsum vulgus, ad profligandas *Tertiinas*, celebratum fuerit, *Quinquofolium* cum toto. *Tormentilla*, aut *Radices* harum; passim etiam *Plantaginis* radix, & *Polygonum* seu *Centuminodia*: nempe omnia *adstringorius* *suppreforia* efficacia, *Cortici peruviano* parallela. Nisi quod *targiores* talium doses, ævum ad palatum ægrorum sese acommmodans, & succinæts prebiis intentum, dissuasissi videantur talium usum, & parvis dosibus parem effectum pollicentia *adstringentia*, *Marialia*, *alumen*, & similia, substituenda fasissi. Interim, dum nec ipsa *Chin china*, fere aliis, quam *quantitate* nanseosis dosibus, usurpata, expectatum illum effectum edat; quid attinebat, vel illi tantum-

curadem indulgere, vel in ejus locum succedanea talia subrogare? Profectò, uti Vir prudens, præsertim in negotio non contemnendi momenti, nihil negligere debet, quod ad ejus usum inserviat, ita neque fallere debet ejus circumspectionem, observatio illa, quod utique nec ipsum vulgus, notissimis illis sibi remediis, facile *uti aut abusi* observetur: quamobrem autem, quæſo; nisi quod ab illis inconditos eventus paſſim expertum, illis non temere fidere didicerit. Quæ certè res tam in *usurpandis*, quam *subrogandis* paris culpæ artificiis, cur non tanto cautores redat, qui immenſum quantum prudentiores esse præsumuntur, quorumlibet æquorum arbitrorum judicio permittimus.

## XXX.

Sicut autem hoc artificium, immò verius & bono jure meritoque suo dicendum, *artis vitium*, maxime propterea, præcipuam considerationem meretur, quia nullo alio, neque *certius & facilis*, neque hodie fere etiam *frequentius*. Tertia febris *turbatur*, & *corrumpitur*; nec etiam vera *etiologia* hujusmodi mali effectus, simplicius atque facilis, in ullo propemodum alio erroris genere, monstrari atque comprehendendi potest; nec proinde etiam & facilius evitari potest, & justius debet: Ita alterius adhuc, inter hodiernam licentiam, detestante jam olim Plinio, *per mortes experimenta faciendi*, hinc inde temerariis Empiricis adhuc familiaris, &, pro more talium, vix extorquenti, remedii, ne ipsa *allegatione* peccandi occasio, per accidentis præbeatur, ne quidem mentionem facere dignum ducimus, quum præsertim D. D. Præses hanc rem latius jam egerit, inter observations, Mensi Novembri 1698, proposita. Et prudentissimè certè, & cordatisimè, *Spartanos* interrogatos, quamobrem Legibus suis, nullum adversus *parricidium supplicium* sanxerint? respondisse memorie proditum est, quod tale crimen à sua gente committi pos-

D

se,

se, non credidissent. Unde optandum profectò esset, ut non solum inter homines, sed plane pro bene moratis, immo doctis, haberi contendentes, ne dicam Christianos, flagitiosa talis temeritas, ne credi quidem posset, nedum argui & notari deberet. Unde pedibus certè, quod ajunt, in sententiam imus Celeberrimorum Virorum, in allegata obseruatione, cum debito honore laudatorum, Excell. Rosini Lentilii, de hoc auctu eloquentis: *Prudens Medicus, & conscientiae suæ studiosus, ab his sibi cavebit.* B. Job. Jac. Wepferi, ingenuè patentis, se ab usu ejus abborrere, quanumcumque etiam preparatum, aut, nescias quomodo, fixatum, deprædicetur: & denique Dn. Crugeri verbis: queritur, si nonaginta novem tali remedio contingenteret à Quarana liberari, Centesimo autem moriendum esset, anta- li remedio. *Salva conscientia, Christianus uti possit?*

Αλλ' οὐ τοι μὲν ταῦτα Θεῖ εἰ γνῶνται κατα-

XXXI.

Progedimur igitur potius, tam ad *Theoreticam*, quam *Practicam* demonstrationem, quod hujus generis turbatio- nes, atque *corruptiones* ab hac tenus allegatis *anomalis methodis* atque *remediis*, revera non solum per *fallaciā* quam- dam non *cōfūsse ut cōfūsse*, ubi obtingunt, evenisse videan- tur, & *speculabundā* opinione atque interpretatione judi- centur: Sed in rei veritate, & possint, & ceteris paribus, & facile dabilibus casibus atque circumstantiis, *non possint non hoc efficere*. Certè, ut nihil facilius, per *intellectus* humani æque, atque *voluntatis* originariam labem, latius diffundi & extendi solet, quam *errores*: Ita, cui alteri rei æquiore jure tribui poterit, etiam hæc, Febrēm *turbanđi*, atque *corrumpendi*, certior culpa, quam *neglectus solidæ contemplationis* atque *Pathologię*, *Febris*; adeoque erro- neo conceptui de vera ejus indole atque constitutione. Suo utique loco atque fato, & linquenda hic venit illa, ut vul- gò ajunt, *temporum injuria*, qua factum videri possit, ut  
ab

ab antiquissimis temporibus, in hunc usque diem, tanto magis autem postremo hoc *ævo*, magno conatu, in veriores rerum cauſas diligentius inquirere profello, hanc rem, e manifestioribus obscuritatibus, & paſſim frivolis tricis, in clariorem lucem prodire nondum obtigerit. Antiquissimi quidem, indice partim, partim teste, *Hippocrate*, sub historicis illis *Crisium*, quin *Eccrisium*, *febrilium*, adnotacionibus, straverunt jam viam posteritati, generaliore illa sua agnitione, quod *Crises*, sint *effectus naturæ*, propria sua *energia cum morbo concertantis & pugnantis*. Quod tanto majorem considerationem meretur, quam nulla difficultate ex *Hippocrate* colligere liceat, quod tanto numero paſſim ab ipso memoratae *crises*, potius sub talium morborum decurſu, *sine artis* concurſu, quam cum hoc, evenisse ab ipso observatae sint: aut, si cui contrarium placet, tanto certior ratio inde peti posset, cur in familiaris, ejus temporis, uſu *Veratri*, (vehementibus vomitibus, fauces, collum, caput, percellentis,) tam frequens, ut prope modum apparet, obtigerit *Anginarum & Parotidum* in acutis febribus *æriyavosis*. Niſi quod *Hippocrates* remedium hoc ad tales febres vix usquam laudet: quamquam hoc etiam, si suspicioneum incidenter scrupulus, vel propter ea omisſe videri posset, quod harum rerum collisionem ipſe quoque suspectam habuerit. Enimvero, quod alibi etiam docuimus, si *Hippocrates*, tum alibi paſſim, tum imprimis *Epidemicorum* libris, non tam ſolum cordi habuifet, pauciores historias adnotare, ubi in *Epidemicis febribus*, deteriores quædam, pejoris *Eccriseos*, aut *Apoſtaeos*, epigenetes obtigerint: Sed potius, quomodo magno numero eadem febre correptorum, non tam ad mortem, quam etiam ad sanitatem reportatam, eadem processerint, & exiverint: ut ibi non injuria loquuti esse nobis videmur, aurei potius effent hi libri, qui ita, uti jacent, quaſi plumbei dicendi videntur. Interim farcire poterat, & hodie-

que certe poterit, defectum hunc, prudente ejus agnitione occurrentis occasio, locupletissimis exemplis illum corrigendi.

## XXXII.

Qua nempè contemplatione, cum debita considerantia institutâ, nulla sanè difficultate dilucesceret, quod hujusmodi febres, & ipsa, de qua nobis suscepimus est sermo, *Terviana*, (ut etiam latius & ex instituto, propria Dissertatione de hac Febre, tamquam omnium reliquarum paradigmata, monstratum est,) universis illis diversis humorum restrictionibus & commotionibus, quæ *Paroxysmum* proprie formant, nihil manifestius agitetur ac intendatur, quām *materie* morbiæ, imprimis in hac febre, *Ventriculo*, aut proximis viis, inherentis, partim *dissolutionem* ad excusione, partim actualē *elisionem*: partim denique tām qualitatis sanguinis, circa istam primam contentionem, diu intra magna interiora vasa restagnando lentescens, fortiore circulatione, debitam iterum *attenuationem*: quām *quantitatis* ejus, hoc ipso fortiore locali atque intestino motu *colliquatorio*, *iminutionem*; Unde *Plethora* pars paroxysmī *effusio*, & importunior, & imprimis longior, obtinere observatur. Sicuti denique, sub *finem* paroxysmorū, legitime, sponte succedentes *sudationes*, *ventilationem* tenuioris seroſe, sed & *orgasticæ*, portionis, sub diurno illo, juxta localem, intestino, *effusio* motu extenuatæ & exagitatae, utiliter absolventes.

## XXXIII.

Quæ res uti *physico* *mechanicam* aptitudinem atque efficaciam, ad effectus similiter *physico-mechanicæ* necessitati & utilitati quadrantes, manifestò habet; interim debito & proportionato *moderamine*, tamquam vere *organica* proportione, *dirigenda* & *regenda* venit: ita certe *ars* nullum alium scopum sibi hic præfigere deber, quām ut ante omnia *materie* *dissolutionem*, ut *motibus* illis *elisoris* tan-

tantò minus negotii facesſat, quoquo modo juvet & promoveat; fiquidem hoc unum utique eſt illud precipuum, quod *Ars* habere ſive poteſt, ſive debet, ut *materias motibus* expurgatoris magis obedientes reddat; dum interim *natura ipſa*, nihil niſi *motibus* peragere compos, ſubinde per longiores atque operoſiores ambitus & ambages, hic incedere atque procedere neceſſe habet, ut *motibus* variis, ad materiam *mobilem* reddam, connitatur. Quando vero *Ars* hoc ſuo ſcopo, *materiarum* intuitu, potita eſt, tunc demum conſiderare integrum eſt, quomodo reliquias spontaneis natura conatibus, ad illam emovendam congrue collineantibus, vel indulgere conveniat vel illis etiam, ſic ubi opus videatur, *moderamen* aliquod adhibere.

## XXXIV

Quibus autem omnibus, ipſa veritatis ſimplicitate conſpicuis, intentionibus & progreſſibus, quam crasso modo contra graffetur, indiſcreta illa ſimpliciter *adſtrictoria coabitio*, & *ſuppreſſio* omnium telium conatum, feu moliminiū naturæ, juxta uſitatum ordinariam oeconomiam vitalem, *motorio exoneratoriam*, ut ſatis in aprico poſitum eſt: ita conſirmat hoc tanto luculentius, facili ſolertia abſolvenda illa obſervatio, quod, quanto manifeſtius *Febbris Tertiana*, *Diate inordinatae*, & imprimis folidiorum ingurgitationi, aut coniunctæ nauſeæ, ſupveniens: in qua nempe conſtitutione, *moles*, aut *tenacitas* materiæ certius peccat: quomodo, inquam, ita conſtitutæ Tertianæ, temerè objeſte tales *coabitiones*, non ſolum certiore, ſed etiam manifeſtore, turbationem, atque corruptionem, objiciant & inducant. Superet, ut ad debitum examen revocetur, & rationis arque intellectus lumine colluſtretur, præfecta illa, & imprimis ſimplicioribus tanto facilius imponens, interloquutio experientiæ nudæ; Quod nempe immenso numero hominum, remedium hoc non ſolum falutariter eſſerit, non tantum ad

*cobibendum febrim, sed prorsus etiam ad integrum, & nulla mala consequuntur contaminatum, sanitatem impetratam: Sed etiam hodieque idem adhuc facere deprehendatur.*

## XXXV.

Ad hujus rei examen, duo citandi veniunt *testes*, immo *res* potius, ut optima forma judicium instrui possit. Ut à simpliciore atque notiore fiat initium; facile adparebit, quod remedii hujus usus nemini usquam felicius cedat, quam subjectis, tam reliquo naturae robore atque tolerantia conspicuis: quam in *vita generi* comprehensis, quod vividiores voluntarios motus involvat: *plebejis, operariis, opificibus laboriosioribus. Tenerioribus autem, tam corpore, quam animo debilioribus, atque sensibilioribus; aut turbulentioribus, & voluntariorum motuum vel minus compotibus, vel alienioribus ab iisdem, nimo frequentius, & fatis familiariter, manifestius, multo sensibilius magis magisque incommodè eveniat.* Ubi nempe facile est dispicere, quamobrem interemptivæ illæ stricturæ tonicae, per medicamenta *involuntario corporis motui injunctæ, voluntariis motibus correctionem adsequentes, quietiorem successum pejorum progressum & eventuum interpellent & praoccupent: in illis autem, ubi his voluntariis motibus minus patet locus, contrarium eveniat.*

## XXXVI.

Secundum testimonium, petendum est à paulo circumspectiore, aut minus tali, *usu hujusmodi* remediorum. Ita enim innumeris certe exemplis illud passim obtingit, ut ita demum hujusmodi remediorum usus, non incommodo cedat, sed potius feliciter plenum salutarem eventum adsequatur; quando, post *præmissa* alia, *materiam* ad meliorem frugem ex parte reducentia, aut post factas jam insignes *materie* talis *subtractiones & evacuationes*, remedia hæc non amplius ita *immature* subjunguntur, adeoque reliqua

qua simplicior *commotio febrilis*, illis solū reprimitur atque  
sistitur. Ubi nempe, licet non omnium sit comprehendend  
re, prudentioribus tamen minus difficile est agnoscere,  
quod utique *motus* hujusmodi, ut varii alii, *longo*, pecu  
liariter *ordinato* usu, ita in *confuetudinem* abeat, ut vel nul  
la, vel minime certe proportionata, *materie culpa*, diu  
adhuc obversetur: unde imprimis magis insons hujusmo  
di remedium efficacia, laudem illam suam adquisivit, è  
tali *contumacium diutinarum* febrium cohibitione: quam  
frustrà, *methodo* toti negocio minus exæquata, alii adgressi  
sunt, respectu simpliciter ad *materias*, tamquam perpetuos  
fomites horum motuum, (& hoc ipsum quoque è male  
fundatis recentioris *Physicæ* opinionibus) nequaquam di  
recto. Quum inter varia alia, documenta solius *motus*,  
citrà *materiarum* ullam probabilem proportionem, etiam  
illustri posint exemplo notissimo, quod homines, de  
reliquo alacrioris & attentioris indolis, si è nocturno fo  
rno ita excitentur, ut mox ad alacritatem aliquam exper  
gitantur, succedentibus multis noctibus, non solùm  
sponte iterum ita evigilent, sed familiariter ita exquisite  
eodem statu tempore, ut, si horologii aliquod indicium,  
primo illi tempori proprius responderit, etiam subsequens,  
illa spontanea evigilandi periodus, eamdem illam horæ  
mensuram admodum exquisite servet: quod quidem ad  
huc notius est, in proæretica illa, certa quadam matu  
tina hora evigilandi, *adfuelidine*.

## XXXVII

Tertius autem tefsis adhuc majore cum attentione, ad  
propiores articulos probatorios, citandus venit. Nempe,  
ita familiariter, ut vel paulò solertiorem attentionem mini  
me possit subterfugere observationis veritas, deprehendend  
re licet, quod *sunt* ante hac undique homines, artifi  
ciis talibus aliquantò *præmaturius*, aut *importunius*, occu  
pata sua febre, in posterum ejusmodi incommodis affici se

sab

se

se sentiant, ut vel appetitum suum satis incitatum, parvâ, ad hanc proportionem, adsumtorum quantitate, mox evanescere advertant; vel, si illi indulgeant, manifesta incommoda, olim à pari auctu sibi penitus ignota, experiantur, angustias, tensiones, atque gravitates per præcordia, ructus & platus molestos, immò colicas tenaces, morsus, torsiones, borborygmos, torporem atque somnolentiam oscitabundam, salive frequenter in os confluxum, capiis gravitatem, aut plus minus vertiginosas turbationes, facies ruborem, immò universiores volatios calores, fusculationem, diversorum ciborum insutitatem nauseam, &c. Immó velut in genere, ad frigoris imprimis, quin etiam caloris, vicissitudines, longe sensibiliorem, quam antehac, molestiam: &c. Quæ res sœpe in plurim mensium spatium excurrunt: à quibus facilis, & passim familiaris, fiat progressus ad plura exstantiora nova, aut certe ulteriora, sinceræ sanitatis detrimenta,

## XXXVIII.

Quid autem notius est atque manifestius, quam quod calibus artificiis à Tertiana Febre liberati, non solùm aliis revera levioribus occasionibus, in illam denuo relabantur; Sed illa imprimis, quod, quum haec artificia, & cumpromis Cortice Peruviano perpetrata, non solùm ordinariè alvi debitum successum, præter omnem prægressam adfuetudinem, valde remorentr: sed etiam, si hic illorum effectus stimulo aliquo interpelletur, & contrarius inducatur, velut ordinariè ipsa quoque febris resuscitetur. Quod profectò tali medicione, tantum abest, ut ulla alia ratione, quam insufficientis illius curationis enervatione, evenire posset aut soleret; ut potius toti mundo notum sit, quod non solùm purgationes etiam quantumcumque vehementes atque importunæ, quidlibet potius aliud, quam Tertianam Febr. m. concitare valeant; Sed etiam in ipsa Tertiana Febre usurpatæ, (nisi plane intemperante & inconditæ)

dito usu) illam nullatenus exasperent; quin potius, *prudenter* & subordinato usu administratæ illi *conducant*; in genere autem toti huic febri utilius, nedum tolerabilius, sit, *liberam* potius, quam *desidem*, nedum *supressam*, habere alvum.

## XXXIX.

Quibus sane rebus, ea, qua decet, *solertia*, quantum ad veritatem *historicam*, & *prudentiam*, ad usum *pragmaticum*, debite perpenis, næ ingens lacinia, è picto illo laudum hujus medicationis velo abrumpetur, quo veritatis simplicis fulgor haetenus interceptus fuit. Simul autem elucefecit etiam illius eventus ratio, cur in aliis quidem talibus ægris, pejores tales eventus, *impetu* quodam irrum- pentes, luculentius culpam detegant: in aliis autem, *longa* quidem, sed tamen satis *continua*, & insuper *confusa*, se- rie, sinceram sanitatem ita turbent, ut sensim ienisseque enervatam & labefactatam, denique in eadem illa *præcipi- tia* adducant, quæ alibi nihil dissimulato successu & pro- gressu adiri, res ipsa loquitur.

## XL.

Unde certe est, quod homines antehac satis panca- ticè sani, in alios, molestissimos, aut *contumaces*, quin *pe- ricolosos* atque intractabiles, sanitatis lapsus devoluti, vel paulò solertiore interrogatione, passim deprehendantur, inconstanteris, aut manifestius enervate sanitatis sua *Epo- cham*, diferte à tempore, quo in *febrem* talēm inciderint, connumerare. Ut pote à quo tempore, stabilem illam & intermeratam, nihilque interruptam, integratatem sanitatis suæ, non amplius sibi constitisse, satis commeminerunt. Quæ certe animadversio, ut totam nostram rem confir- mat; ita habet se penumero, tanto certius autem à proprie- re adhuc finistrorum eventuum tempore, insignem illum usum, ut Medicus hujusmodi eventibus, è præcedentis alicujus morbi *corruptionem* pregnatis, ad illum ipsum etiam,

E

&amp;

& illum respicientes magis fidas medelas, intentionem suam dirigere, adeoque felicius præsenti quoque sanitatis detimento, tamquam e fundamento, consulere possit.

## XLI.

Sicut ex adverso, summo quoque jure meritoque suo, solerteribus, & utilissime curiosis Practicis, etiam illam adhuc animadversionem commendamus, ut prudenter observent, quanto peiores mores, & variam contumaciam, præ se ferre soleant ejusmodi morbi, qui e turbatione, & corruptione febrium ortum nocti, altius radices egerunt; quam similes, ab aliis caussis lenitoribus initia sua trahentes. Quæ certe res, uti solerter attendantibus vix poterit dissentendi locum relinquere: ita tanto magis, non tam folium utilem, quam certe necessariam faciet, eo majorem attentionem, ad sedulo evitandam, sive negligentiam, sive audaciam, quamcumque, circa turbationes, aut corruptiones ejusmodi committendas.

## XLII.

Merito vero jam supra, argumenti non contennendi loco, adversus indiscretos ausus hujusmodi, allegavimus illam considerationem, quod utique tanto indignius videatur, ad *incipitio*, & ad finistros eventus proclivia, methodorum & remediorum generia, in Febris Tertiane Therapia recurrere; Quum febris haec, non folium in se, ullius magni periculi compos non existat: sed etiam tam certis, & sati quoque tempestivis, quam undique securis, alii methodis, sanari possit. Cujus quidem argumenti nervum, magis adhuc intendit illud, quod minus jam sincræ Tertianæ Febres, si ejusmodi securioribus, & simplicioris morbi genio bene respondentibus & quadrantibus, methodis atque medicamentis, refragari perseverent; tantum abest, ut *incipiti* tali methodo, melius & sincrerioris cicurentur, ut potius revera tanto certius deteriore, turbidam, aut corruptam, indolem sequantur. Ut adeo prudenter etiam caveret

vere conveniat, ne huic *prætexui* credendo, evanidæ illi  
spei indulgeamus, quasi in tali aliquo remedio, invenire  
liceat, certiorem, securiorem, nedum, ut audaciores propu-  
gnare student, *unicam*, curationis energiam.

## XLIII.

Quamvis autem, ut supra jam abunde monstravimus,  
nihil attineat, usum aliquem cuiuscumque remedii pro-  
bare, nedum laudare, quod ad facilem & sotnicum abu-  
sum idoneum, immò quasi proclive existat; tamen, ne ab-  
solutè damnare, discretionis hujusmodi minus compotibus,  
videamur, quod *secundum quid*, adhuc aliquid ostendat,  
vituperio minus dignum: repetimus breviter, quod ipsum  
jam tetigimus quoque, quod *Corticis Peruviani* usus, mi-  
nus opprobrii mereatur in ejusmodi constitutione, ubi *com-  
motio* *Febrilis Tertianaria*, magis diuturnæ aut repetitæ  
*ad suetudini* commovendi, quam proportioni motuum ho-  
rum, ad (minime negligendæ interim,) *materie* mensuram,  
justius tribuenda videtur. Secundò, quod deteriores illos  
suos effectus minus promte atque libere adsequatur, aut  
ad gravissimos quoslibet eventus prosequatur; in subje-  
ctis, & reliqua robusta indole conspicuis, & operosioribus  
corporis motibus addictis. Modo illud simul prudenter  
consideretur, quod hujusmodi subjecta, *Tertianam Fe-  
brem* vix aliunde familiarius incurvant, quam è crassiori-  
bus *Diete* vitiis; adeoque *materialis* causæ quantitate &  
qualitate notabili: quæ nif prius exantata aut cicurata sit,  
neque decantatum illud naturæ robur, neque reliqui *labo-  
res* corporis, hoc efficiant aut perficiant, ut per *suppre-  
ssionem* motuum febrilium cohibita & retenta talis *materia*, non  
turbas, & corruptiones subeat, solidam sanationem gravi-  
ter intervertere ac evertere compotes.

## XLIV.

Ubi certe, in suscepta ex instituto Thematis hujus  
tractatione, adeò non silentio aut oblivioni tradere licet,

ut potius digniore aliquo loco jam notari potuisse, non inficiemur, eximiae considerationis illam observationem, quod *materia*, quæ Tertianam Febrem concitare potest atque solet, tantum abest, ut hoc *physico-mechanica*, seu ut scholæ loquuntur, *materie simplici necessitate*, perpetret: ut omnino etiam in corpore præstò esse possit, equidem sine *tali febre*: interim numquam sine sensibili sincere sanitatis *turbatione*. Nihilominus tamen numquam, neque tam *promissa*, neque tam *certas*, neque tam *graviores*, festinationes, ad valde *peiores* alios successus, & morbos effectus, ostendat, quām si *febris* illi supervenerit, & hæc incondite *turbetur*. Quām enim putari possit, quod si Febris Tertiana, è stomachi prægravatione ab ingluvio orta, saltim *ipsa* tollatur; *oneratio* illa ventriculi, tunc nullam aliam rationem habitura sit, quam solet, quando, (frequentissimis exemplis,) *simplex* atque *absoluta* corpori obigit. Ibi longe certe alter rem se habere, ipse locuples eventus testimonium perhibet, adeoque infirmum nervum hujus argumenti rumpit. Ut potius vel ex hoc ipso veluti Paradigmata, comprehendendi possit, quanta intercedat differentia, inter *materiarum* in corpore animali effectus, *simplicius* & *sincerius*, *physico-mechanicos*; nempe tam *corporeo* contactu & actu perficiendos, quām *simpliciores motus*, planiore quodam successu, provocantes: & *peculiares MOTUS*, ad ejusmodi *materiarum secretoriam* & *excretoriam*, *dimotionem* & *emotionem*, cum *directione* peculiariter proportionata, suscepitos, & (uti universa febrium historia nimio plus ostendit,) vix usquam impune *turbandos*, quin rationabiliter ex illis elucens, plane *singularis* & *seria intentio* SIC agendi, in *anomalias* inclinations conjiciatur: Quæ vel *translationes* ad alieniora loca, cum ulterioribus malis eventibus, post se trahant: vel *diuturna*, circa totum negotium *ordinatorum* *vitalium motuum*, *fætidia*, *languores*, *inquietudines*, *sensibilitates*, *impatiencias*,

sias, & tandem nec *usitatos*, nec *utiles*, conatus violentiores, aut *contumaciores*, parturiant. Ubi illos, qui per juvenilium studiorum scholasticorum neglectum, *Cauffarum* indolem & ordinem, minus adsequuti, vocem (quia certe vim non intelligunt) intentionis fastidiunt; facile patimur saltim *analogiam* quandam intentionis h̄ic supponere: dummodo ad serium *practicum* usum, illud fatis intelligere possint, quod *effectus* & *eventus* hi, ut in se *veri* sunt, saltim *Artis* intentionem justam, summopere exigant; ne illa *utilibus* ipsis atque *salutaris* efficacit̄ *conatibus*, ad legitimam & efficacem *dimotionem* & *emotionem* molestarum aut noxiarum *materiarum*, *febrili* *typo* atque *ordine*, *salutaribus* *effectibus*, quadrante, inchoatos & pertgentes, pro ipso *effectu* *inutilibus*, efficacia nihil *quadratinibus*, & mere *passivis* ipsis morbi *consectariis*, uti contra rationem, ita tanto magis contra ipsam experientiam, interpretantes, non modo *liberum*, sed vel plane (quod nempe ex hujusmodi opinione, unica justa consequentia, fluit,) *necessarium* ducant, illis quolibet modo atque *tempore*, *direcťe* *refl̄ere*, & illos solum simpliciter, quoqua modo *ſſere*. Illos autem, quibus has res, & per experientiam novisse, & per cauffarum scientiam, intelligere, datum est, nihil dubitamus, folertiū animadversuros esse, quantum ponderis & momenti h̄ec res habeat, quam hac Thesi prolixius commendavimus, ad impediendum, ne aliquid contra sanam rationem offendatur: & intelligentum, in locuplete hodie hujus offensionis eventu, ubi & quomodo, malo intellectu & usu, in hoc negotio peccatum sit, & fuerit peccari.

## XLV.

Expectabitur à nobis sine dubio, ut, quūm *biforiam*, & *etiologiam*, *Febris Tertianæ turbatae*, & *corruptæ*, per texuimus, etiam de *Therapia* loquamur. Quamvis autem nulla sit cauffa, quamobrem huic labori subeundo, obno-

xios nos & obstrictos agnoscere debeamus; quum satis esse posset, de hac re, *quatenus* tali, & veritatem, & facultatem, *historicè* & *etiologicè*, stabilivisse. Tamen non deerimus etiam huic desiderio; illud solum observando, ut, quod proprio instituto convenire potest, sine prolixitate super vacua, exequi contenti: ad ea, quæ non hunc respectivum, sed *absolutum* potius, febris hujus genium, concidunt, non ultra, quam expedire visum nobis fuerit, diffundamur.

## XLVI.

Est autem in *turbatarum*, atque *corruptarum*, Tertianarum febrium, *Practica* *estimatione*, post justam illarum *Diagnosin*: non statim proximum, simpliciter ad *Therapiam* properare: Sed necessaria certe hic, tantum sanè, quam usquam alibi, est prius *PROGNOSIS*. Quandoquidem non levi discrimini se se subicit & exponit Practicus, qui cumque, temeraria & inconsulta aliorum Empiriarum *turbatorum*, aut *corruptorum* morborum, & longe *deteriorum* inde subiectorum affectuum, curam atque medicationem, ita simpliciter in se recipit, & quod ab aliis depravatum est, rectum atque ratum efficere, prefestinat. Quamvis enim inhumanum videatur, nec etiam conscientiae & amori Christiano passim quadret, ægros simpliciter ad eamdem abyssum repellere, cuius vorticibus atque voraginibus jam in hanc calamitatem adductos, probabilius sit penitus submersum iri. Interim nemo etiam, è quocumque demum moralitatis fundamento, ab honesto viro hoc severè exegerit, ut difficillimis subinde, & omnino anciptibus, hujusmodi coepitis, tamquam ex officii nexu, se se submitendo, tam ægrorum, quotquot minus gnari atque gratis sunt, quam Artificum ejusmodi præcursorum, calumniis familia-  
rissimis, se exponat. Dum ægri tales bene multi, totam rem, ex indole *incorruptæ* & *sinceræ* Tertianæ, perperam *estimantes*, magis propemodum fastidio prægressi artificii,  
quod

quod rei tam *levi* auferendæ non satis par fuerit, alium, ut tam *levi* rei saltim colophonem imponat, potius in subſidium advocant; quām ut intelligere velint, quod hoc ipſo, quia talis Febris non modo eundem, quem pro *simpli*ſta in dole alijs ſolet admittere, eventum ſortiri recuſavit, ſed etiam *deterioribus*, & illi ſuo *genio* incognitis, Symptomaticis auēta incedit, abſurde jam pro *eadem simpli*ſta atque *leviore*, venditetur. Empirici autem tales mali Artifices, (antiquum illud numquam obſoleſcere, ſedulo pre-  
caventes, quod, quād *quisque* eſt *indocitor*, eō ſit *impudenter*.) diſſicilioreſ ſuccellus, immo tandem minus felices eventus, numquam alteri rei tribuunt, quām, quod patiens non ipsorum Curæ continuandæ iſtititerit, quam ſuc-  
cessor demum, ſua imperitia, in deterioreſ ſucessum & eventum deduxerit. Ut itaque & boni Viri officio, atque Conſcientiæ ſuæ, & meritæ exiſtimationi atque ſcientiæ, conſulere poſſit cordatus Medicus, nulla certe res majori ſubſidio eſſe poterit, quam ſcita æque atque verax *Prognofia*; quam ipſis etiam ægris, niſi quidem ab omni intellectu deſtitutis, dupliſi modo probare poterit. Primò, velut à priori, prædictione talium eventuum, in quos, ita *turbatio*ne, aut *corruptio*ne Febres, ſi faniorem traſtationem jam per-  
vicacius adſpernantur, ſolent magis magisque ruere & pro-  
labi. Secundò à posteriori, experientia & exemplis; quæ, quum certè hodie, minus, quām quidem optandum eſſet, rara hinc inde occurrant; Sanè, ſi hiſ præmonſtrationibus eximere non poſteſt ægro levitatem illam, morbum ſuum pro *levi* & parvi momenti aſtimandi, prudentiæ cujuslibet relinquiimus, an nihil ſecius obſtrictum ſeſe reputare ve-  
lit, ad moleſtias illas & fastidia in ſe recipienda, quæ & o-  
perioſior, & impeditioñ, ſolertia, in talismodi cura gerenda-  
faceſſit. Tanto magis, quum ægri, hoc *præjudicio* obſeffi,  
etiam ordinarie licentius ſibi indulgendo, hoc ipſo non tan-  
tum

tum feliciorem succelum morari, sed & infeliciores even-  
tus magis magisque promovere, posint.

## XLVII.

Ita quidem, ut apprime necessaria, sic etiam non diffici-  
lis erit *Prognosis illa duplex*; primò *generalior*, quod *Fe-  
bres Tertianæ*, notabiliter *turbatæ*, nedium *corruptæ*, & in-  
de *subnati* alii affectus, insigniter jam recedant, tam ab illa  
*periculi ulterioris levitate*, quam à *Curationis facilitate* aut  
*securitate*. Secundò, *specialior*; quod, quò *graviores*, vel-  
ut è *reliqua sua indole*, sunt affectus, è *turbatione*, aut *cor-  
ruptione* *Tertianæ subnati*; aut quantò jam *diuturniores*,  
& profundi actis radicibus, *perisnaciores*: eò etiam longius  
à bona spe *facilioris*, aut *securioris* & *confiantioris*,  
*Curationis*, recedant. Unde cūjusvis, periti atque  
circumspecti, Practici, dexteritati & prudentiæ commen-  
dandum venit, quantum ille, circa hoc negotium, viribus  
suis tribuere atque fidere ausit: ut, si non *timidè*, certe  
tamen neque *temerè*, talibus negociis fese succenturiari,  
gestiat.

## XLVIII.

Post talem *Prognosin*, *THERAPIAM duobus funda-  
mentis superstruimus*; quorum prius est, ut *Febris* potius  
in *integrum restituatur*; secundum, ut sub *reliqua Cura-  
tialium affectuum heteroclitorum*, è *Tertiana subnatorum*,  
remedia ipsi *Tertianæ* alias verè proficia, numquam negli-  
gantur.

## XLIX.

Quum autem *prior* ex his scopis, *positivè*, in artis po-  
testate nequaquam ita in proclivi sit positus, ut, *Tertianam*  
*febrem*, simpliciter *revocare*, quum libuerit, liceat; Ad  
minimum tamen, *privativè*, illum habet usum haec inten-  
tio, ut neque veluti sponte *repullulans febris*, pari errore  
denud formidetur, & *cobibenda* potius in *motu suo*, quam  
*eradicanda*, secundum *materiam* sui, censeatur: adeoque  
nec

nec ab illis remediis, quasi cavendum esse videatur, que *sup-  
pressam* temere hanc febrem iterum *expedire*, sive, ut vulgo lo-  
quuntur, *provocare*, experientia docuit. Inter quæ quum pri-  
mum locum occupent, etiam non æque importunæ, *Cathartes*,  
& (præter solum *acutiorem* continuum typum fortè exortum)  
omnia reliqua *schemata* malorum *corruptæ* febris successuum,  
*Cathartes* non admodum ægre ferant: tanto minus etiam habet  
inde Medicus, quod talis *prudenter* in usum trahere, dubium  
reddere possit: vel ea ipsa intentione, ut febris *revocetur*. Suc-  
cedit hoc etiam fere tanto felicius, quando *suppresso* febris, per  
usitata illa artificia notiora, suppressionem *alvi* inusitatam, co-  
mitem habet: tanto certius autem, quanto *recentior* adhuc est  
hæc perversio.

L.  
Ut ut autem ipsa febris non revertatur; immò, quantumlibet sub qualicumque iterum reversuræ, vel expectatione, vel  
indifferentie securitate: consert tamen, reliqua ad febrem hanc  
melius *quadraniæ* remedia, in usum vocare. Nempe tam *Di-  
gestiva*, sive *incidentia*; quam *Diapnoicam* Ventilationem mo-  
destè promoventia: *interpositis* opportunè, etiam per *alvum*,  
imprimis cum *Epicrasis*, evacuantibus. Observando undiquaque,  
cum peculiari folertia, an non aliquod vestigium *alterni*  
languoris compareat; quandoquidem tale quiddam, nequa-  
quam *exquisitè* revertente tota febre, tamen passim observare  
contingit.

L.I.  
Sicut autem hæc intentione æque ac inventio, præcipuum  
usum habet, tunc maxime, quando adhuc *recentior* est, *turba-  
rum*, aut *corruptelæ* effectus: ita non frustra tamen etiam adhi-  
betur, jam aliquantò longius recedente horum eventuum tem-  
pore. Nisi quod in tali casu, non tam solum *usus* majoris, quam  
proprietatum *necessitatis*, sint, *Antifebrilia*, altius in humores  
diffundi apta, & magis *Diaphoresis*, atque moderatam *Diuresis*,  
(non ut *acriora Salina*) respicientia, quam simplicius *Sabur-  
ram* in primis adhuc vius retentam, aut obhærentem. Nisi quod

hic etiam prudens *judicium* Medici omnino inveniat, quod decernat: imprimis in ægris robustioris indolis.

## LII.

Adfert hujus rei exemplum *B. Etimullerus in Proæm. Diff. de Præcipitant. Uſu & Abuſu.* Ubi peritissimè certè adnotavit, quod *terreorum absorbentium abuſu, cibibita viſa Tertiana,* ſepe *hedicum* quiddam introducat: quod non injuriā magni momenti eſſe, quæ erat Viri maxima ſolertia Practica, adſeverat. Laudat pro tali *corruptelâ*, è ſua experientia, remedium efficax, per *Vomitorium*, & huic ſubjugendum uſum imprimis *Salis Ammoniaci*. Quæ Methodus, quomodo *rationi* jam laudatæ ſuperiſtructa fit, in proptatulo eſt: interim, ſi, quantum ad ipsam *materiam* remediorum, non his iisdem, ſed aliis, tamen ſcopum eumdem attingere aliquis poſſit, neque ille, quæ erat peritissimi Viri à nuda *Empiria* averio, neque quisquam alius, diſſuferat, nedum improbaverit.

## LIII.

Ceterum, uti *nominatim* remedia, huic ſcopo commode ſatisfacentia, nempe ad Febrēm *Tertianam* legitimate tractandam idonea, alibi jam, (*Schediasmate Mensæ Novembr. 1698. edito, & Disputat. Inaugur. de Tertiana omnium Febrium Paradigmate*) a nobis memorata fuerunt; ita illa hic repetere nulla neceſſitas ſvadet. Suffecerit breviibus repetiſſe, quod ſolus *ordinatior* illorum uſus, non ſolum *turbatas* Tertianas iterum *componuerit*, & in bonum ordinem redegerit; ſed etiam, *succen- turatus* illis, uſus, *Pilularum balsamicarum, diſſimulatas & op- preſſas* has febres, ſubinde iterum *expediverit*, ut deinde justæ *methodo*, tanto melius patuerint: & utrumque, non uno aut altero fortuito, ſed inſigni numero, & pari conſtantia, conſpirantibus exemplis.

## LIV.

Placet, & certe publici commodi ſtudio, ſaltim uno vel altero exemplo allegato, res has illuſtrare. A *Tertiana* ſuppreſſâ, per *Peruvianum Corticem, & Martiatum* prodigum uſum, in  
anxi-

*anxiæ angustiæ præcordiorum, & lentam, Hælicæ non abs-  
mitem, febrilem ἀνοιαν prolapsis, imprimis post non ita mul-  
tos, (8. ad 12. vel circiter) à re ita gesta, dies, præsentem opem  
tulit remedium in hoc ordine digestivum, è conchis preparatis,  
*Antimonio diaphoretico*, & *Nitro regenerato*, saltum ad Scrup. I.  
in singulas dofes usurpatum: subiuncta post plures horas, & eo-  
dem intervallo repetita, *Ess. Alexipharm.* non acriter calida. *In-  
terposito* etiam alternis diebus *Pilarum Balsamicarum* usu. Ita  
alii, semel, rarius iterum, sponte vomuerunt; Alii spontanea pur-  
gatione, pauci copiosæ, levati sunt: Omnes intra paucos dies ple-  
nè restituti.*

## LV.

Repentinus *Tumor*, ad, immò ultrà, *præcordia*, intrà cœlidu-  
m forte, à pari *suppreßione* febris, prævalescens; *pulveris hu-  
jus* usu, & *quotidie* usurpati *Pilulis Balsamicis* in viro alias ve-  
getioris indolis, *undecim dierum* quotidiano ingente decre-  
mento, ablatus, & patiens sanitati redditus est: In alio, eva-  
nescente quasi *tumore*, usque ad *malleolos*, tamen circa *præcor-  
dia*, *pervicaces angustiæ*, & *lenum* febrile schema, continuato  
(post *pulverem* atque *Pilulas*), *Essentiæ Alexipharmacæ* usu, in  
viro imbecilliore, spe citius victa, & æger in integrum restitu-  
tus. Ubi vero *languidioribus* successibus subcreverat & in-  
creverat *tumor*, non violentiori, sed pariter *moderato* eorum-  
dem remediorum usu, optatus effectus impetratus.

## LVI.

Illud autem, ex eodem certe publici commodi amore, &  
ratione & experientia nixi, sedulò monemus, ut in *schematibus*  
ejusmodi morbidis, prægressæ *turbatæ*, aut *corruptæ*, *Tertia-*  
*næ succendentibus*; imprimis in *ægris minus robustæ* indolis, &  
minus *agilis* vitæ rationis compotibus: abstineatur à *Martia-  
lium* & *Saliū Volatiliū Urinoforum* usu. Quamvis enim  
circumspectiores Practici, è solerte experientiæ observatione,  
nec in *simplicibus* ejusmodi affectibus, quales, adhuc *pejore*  
genio, febres turbatas *excipiunt*, à talium usu minus commo-  
dos

dos effectus animadvertisendi, hinc inde compotes futuri sint:  
tamen sub tali eorumdem ortu atque more, adhuc manifestius  
eosdem experiri, fieri vix potest, ut nequeant.

LXVII.

Quæ, ut pro Therapia, turbatarum, atque corruptarum  
febrium Tertianarum, quantum à nobis postulari posuit, suf-  
fектura esse confidimus; ita tanto major, luculentior, atque  
certior, totius nostræ tractationis usus, ille erit, ut agnitus mul-  
tiplici malâ, pejore, immò pessimâ, consequentia turbationis,  
atque corruptionis harum febrium; tanto majore cum studio  
& industria, cautio adhibeatur. Non enim certe tanti est  
scurrilis illa exprobratio, quod languide, immò timidè, Medi-  
cus procedat methodo sua febres curandi; quùm alii alacriter  
hoc perficere spectentur: Quàm verius illud conscientiæ op-  
probrium, quando, si vel paucioribus, certis tamen atque lu-  
culentis, exemplis, per infidam festinationem, imprimis a-  
pud minus robustos ægros, res, fine ulla iusta causa, teme-  
rè in discri men adductas esse, memori menti obveratur. Qua-  
le quid, ut à nobis abesse omnibus votis atque studiis con-  
tendimus; ita illud omnes cordatos Praxeos studiosos, nón  
magis probaturos, quam sequuturos esse confidimus. Quod  
Deus velit atque largiatur, cui pro concessa nobis sua gra-  
tia numquam intermoritur grates atque laudes  
nuncupamus.

S. D. G.



00 A 6374



3

86

Schlesien

107





3.  
DISPVATIO INAUGURALIS MEDICA PRACTICA;  
*DE*  
**FEBRIBUS INTER-  
MITTENTIBUS TUR-  
BATIS, ATQUE COR-  
RUPTIS,**  
QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPĒ AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO WILHELMO,**  
PRINCIPĒ BORUSSIÆ, MARCHIONE BRAN-  
DENBURGICO, RELIQUA,  
IN ACADEMIA FRIDERICIANA,  
GRATIOSISSIMO FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU  
PRAESIDE  
**DN. GEORGIO ERNESTO STAHL,**  
CONSIL. AUL. ET ARCHIAT. REG. MED. ET RERUM NATU-  
RALIUM PROFESSORE PUBL. ORDIN. ACAD. NAT. CUR. COLLEGA LON-  
GE DIGNISSIMO, DECANO h. t. SPECTATISSIMO,  
PATRONO, PRAECEPTORE, AC PROMOTORE SUO  
*omni Observantie atque Honoris cultu et atem prosequendo,*  
**PRO GRADU DOCTORALI,**  
Summisque in Arte Medica Honoribus, Insignibus, ac Privilegiis  
legitime obtinendis  
Ad d. MAJ. A. R. S. c/o ICCCXIII.  
*Loco & Horis consuetis*  
Publi:æ Philatrotu: n Ventilati:oni submittit,  
**JOHANNES CHRISTIANUS STEMPEL,**  
COBURGENSIS.  
HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
Literis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.